



**Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis  
Ecclesiæ**

**Johann Hugo <Trier, Erzbischof>**

**Mogvntiæ, 1688**

Processio ad serenitatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

**Processio ad petendam pluviam.**

**Dein preces:** Operi Domine cœlum nubibus.

**R.** Et para terræ pluviam.

**V.** Ut producat in montibus fœnum.

**R.** Et herbam servituti hominum.

**Dominus exaudi orat.** Dominus vobiscum.

**Oremus.**

**D**eus in quo vivimus, movemur & sumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut præsentibus auxiliis sufficienter adjuti, sempiterna fiducia sumus appetamus.

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione nostra, de tua pietate confidimus, contra adversa omnia, tuâ semper protectione muniamur.

**D**a nobis quæsumus Domine pluviam salutarem, & aridam terræ faciem, fluentis cœlestibus dignanter perfunde. Per Dom.

**D**ominus vobiscum. **B**enedicamus Domino.

**E**xaudi nos omnipotens & misericors Dominus.

**R.** Amen. **E**t fidelium animæ per miseric. &c.

## **PROCESSIO AD SERENITATEM.**

**O**mnia ut supra in Litaniis majoribus, & bis dicatur:

**U**t fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris! **R.** Te rogamus audi nos.

**I**n fine dicitur Pater noster &c. **E**t ne nos inducas.

**Psalmus**

## Psalmus. 66.

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. &c.

**V.** Adduxisti Domine spiritum tuum super terram.

**R.** Et prohibitæ sunt pluviae de cœlo.

**V.** Cum obduxero nubibus cœlum.

**R.** Apparebit arcus meus, & recordabor fœderis mei.

**D**omine exaudiorat. **D**

## Oremus.

**D**eus qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

**A**d te nos Domine clamantes exaudi, & aëris serenitatem, nobis tribue supplicantibus, ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordiâ tuâ præveniente clementiam sentiamus.

**Q**uæsumus omnipotens Deus clementiam tuam, ut inundantiam coérceas imbrium, & hilaritatem vultûs tui nobis impertiri digneris. Per Dom.

PRO-